


ex dimidia longitudinis parte constituentur, nisi loci natura impedierit, & aliter coegerit Symmetria commutari, Sin autem locus erit amplior in longitudine, chalcidica in extremis constituantur, uti sunt in *Italia* Aquiliana, Columnæ basilicarum tam altæ q̄ porticus late fuerint, faciendæ uidentur, Porticus q̄ mediū spatium futurum est, ex tertia finiatur, Columnæ superiores minores q̄ inferiores (uti supra scriptū est) constituantur, Pluteum quod fuerit inter superiores columnas, item quarta parte minus q̄ superiores columnæ fuerint, oportere fieri uidetur, uti supra basilicæ contignationem ambulantes ab negotiatoribus ne conspiciantur, Epistylia, zophori, coronæ, ex symmetriis columnarum, uti in tertio libro diximus, explicantur.

*7. terra. Le  
Lien ou long bas  
la menor*

*Le ciz sur trop  
Loy fiquie pour  
zignard de du  
gaspier*



- a. basilica tripla longitudinis ad latitudinem.
- b. basilica dupla longitudinis ad latitudinem.
- c. tribuna locus.